



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Conseqventibvs Pertexens, Quae post beatum S. Xauerij
Obitum Soc. Patres ad Dei gloriam in iisdem Prouinciis gessere

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1667

36. Soc. labor in conuers. barbarorum laudatur à Pontif. &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11445



ASIATICÆ HISTORIÆ SOCIETATIS IESV.

LIBER SEPTIMVS.

36.
Soc. labor in
conuersi. bar-
barorum
laudatur à
Pontif. &c.



RAT Patrum labor in conuersione gentium barbararum mi-
rè ferax , & virtutis excocta fragrantia , quoquò versum Ec-
clesia tenditur Christianos populos Moluci aromatis gratius
vaporabat : huius Deo agebant gratias summi Pontifices , & Aposto-
licis literis , & viuæ vocis oraculo , & hinc præterea fructuosa laudis
merces non minima redibat in Societatem cuius alumnos fraterna exem-
pla stimulis acribus perurgebant partim ad fundendum inter infideles
pro Christo sanguinem ; partim ad durandum constanter in ærumnosa
procuratione salutis alienæ . Quamobrem Lainius Societati post S. Ignatii
Præpositus quorundam vota sapienter omnino improbavit ab In-
diarum Prouinciali sibi exposita . Erant hæc vnius aut alterius illorum
qui excoluerant Molucas , & pertæsi laboris , quem multorum anno-
rum sudore & sanguine feliciter prouectum Maurorum tyrannis mo-
mento deiecerat , aliò studia vertebant , vbi soli cultura facilior , & mes-
sis securior .

37.
Conuersio-
nes licet dif-
fic. & pauca
in iusto, non
ramen dese-
rendæ, &c.

De quo Lainius [Ad Patres quod attinet , quibus agri fruges viden-
tur , colonis maligne respondere , vnde abiectiores animo effecti ; desi-
deria sua in alias mittunt prouincias ; certò illos putamus , contraria
omnia sensuros , si norint Societati vniuersæ quantum æmulatione sui
prosint quantisque nos animis , virtutute quanta corroboret , illa ipso-
rum constans in laboriosa , & difficultatibus ac periculis horrenti anima-
rum procuratione tolerantia . Sanè in lacrimis quod nunc est *seminent* ;
sed inaniter nequaquam ; erit sua opera fida merces , eaque eiusmodi , ut
non illam modo , sed vitam pariter agnoscant , immenso compendio in
iuandis proximis collocatam . Poscit hoc à nobis caritas , hoc debiti
ratio erga illum qui vitæ suæ redemptos pretio , vicem hanc ab iis sibi
iubet